

EPISTULA LEONINA XXX

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLA OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM TRICESIMAM !

ARGUMENTA

THOMAE A KEMPIS SENTENTIOLA – MYTHI GRAECORUM (XVI): Pollux et rex Bebrycum – **DUO VIRI CORYPHAEI ANTIQUITATIS INVESTIGANDAE - MOMMSEN ET WILAMOWITZ (I): Mommseni vita et opera. – Historia Romana Mommseniana in Latinum conversa (I) – VOCABULA COQUINARIA (II).**

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LINGUAM LATINAM AMANTIBUS
SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

CARA LECTRIX, CARE LECTOR,

Hac Epistolâ Leoninâ ineunte invenies verba Thomae a Kempis, quae spectant ad omnes, qui libris soleant helluari. Deinde legas, quaeso, de Argonautarum periculo novissimo: quos Amycus rex Bebrycorum minaciter admonet, ut eligant aliquem suorum, qui secum pugiletur. Alioquin rem iisdem male evasuram esse. O miseros Argonautas! Num iisdem interest pugil, qui par sit regi barbaro? – Tertio loco huius Epistulae Leoninae agetur de Theodoro Mommseno, uno ex antiquitatis investigatoribus clarissimis atque optimè meritis. Postquam symbolâ Wikipedianâ in Latinum conversâ rettulimus de magni historiographi vitâ atque operibus, verba ex eius opere illustrissimo excerpta Tibi offeremus et sermone originali (i.e. theodisco) allata et Latinè reddita. Tolle et lege et versionem ad obrussam exige! – Symbola huius Epistulae Leoninae finalis est index vocabulorum, quae spectant ad instrumenta escaria. Nam nos quoque humaniora studia professi profana et trivialia et cottidiana ne despiciamus: Primum vivere, deinde philosophari.

Haec hactenus. Vale pancratice et perge mihi favere !

TOLLE, LEGE, LAETARE:

<http://alcuinus.net/ephemeris/leonina.php>

D.20. m.Iun. a.2009 medullitus Te salutatur

Nicolaus Groß



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>



**«IN OMNIBUS REQUIEM QUAESIVI,
ET NUSQUAM INVĒNI
NISI IN ANGULO CUM LIBRO.»**

THOMAS A KEMPIS (1380-1471)

MYTHI GRAECORUM (XVI): Pollux et rex Bébrycum

Mythi Classicae Antiquitatis a Gustavo Schwab Theodiscê narrati,
a Nicolao Groß Latinê redditi.

Postridie mâne sole oriente navem constituerunt ad lingulam longê in mare porrectam. Ibi erant stabula et villa rustica Amyci rēgis Bébrycum ferocis. Qui omnibus peregrinis legem imposuerat molestam, qua nemini liceret regionem suam relinquere, nisi antea secum pugilando certavisset. Hôc modo multos iam accolas interfecerat. Nunc quoque navi appulso appropinquavit magnâ voce contemptim loquens.: »Audite, vagabundi marini, quae scire debetis! Nemini peregrino licet terram meam relinquere nisi mecum pugilatus. Ergo eligite pugilem vestri optimum mihiq̄ proponite; alioquin res male vobis evadat!« Inter Argonautas autem erat omnium pugilum Graeciae optimus, Pollux, Ledaē filius.



PUGIL IN COLLE QUIRINALI REPERTUS. STATUA GRAECA SC. I. A.CHR.N. CONFECTA

Hic condicione provocatus regem inclamavit: »Desine conviciari; legibus tuis obtemperabimus et me invenisti virum tibi parem!« Bebryx heroem audacem aspexit oculis currentibus ita ut leo montanus vulneratus eum, a quo primo ictus est. Sed Pollux, heros iuvenilis, aspectu erat tam hilari quam stella caelestis; manûs in aëre vibrabat, ut experiretur, num eae rigerent longo labore remigandi. Cum heroes navem reliquissent, pugiles unus alteri obstitit. Servus autem régis par caestuum duplex humum illis interiecit. »Elige«, Amycus inquit, »quod par caestuum velis. Nolo tempus terere sortiendo! Tu quidem experientiâ doctus dices me tibi corium bene concidisse meque colaphos ducendi peritum esse!« Pollux autem tacitus subridens par caestuum propius sumptum amicos rogavit, ut hoc manibus suis alligarent. Rex Bébrycum idem cum fecisset, pugilatio est incohata. Pugil alienus in Graecum tamquam unda marina, quae navi obvoluta aegrê tantum arte gubernatoris evitatur, invectus illum non sinebat quietum. At Pollux illius impetûs semper artificiosê evitabat non violatus. Îdem cum mox expertus esset, quatenus adversarius in pugilando minus aptus esset, illi nonnullos ictûs impegit non defensos. Sed rex quoque cum cognovisset, comoda pugnandi qualia haberet, ictibus mutuis mâlae crepabant et dentes stridebant nec ambo desierunt, dum exanimarentur. Deinde secesserunt, ut respirarent sudoremque detergerent. Pugnâ renovatâ Amycus a capite adversarii aberravit, brachio autem umerum tantum impulit; at Pollux Amyco supra aurem colaphum duxit tam vehementem, ut ille ossibus capitis diffractis dolore affectus ad genua delaberetur.

Tum Argonautae eiulaverunt; necnon Bébryces prosiluerunt régi affuturi, clavabus et veribus in Pollucem obversis impetum fecerunt. At sodales gladiis dstrictis ante eum constiterunt, ut tutarentur. Itaque factum est proelium cruentum; Bebrycibus fugatis cedendum fuit in terrae interiora. Heroes autem stabula ineuntes pecoraque rapientes praedam fecerunt opimam. Noctu in terrâ remanentes vulnera obligaverunt, dies immolaverunt, pocula exhaurientes vigilaverunt. Frontibus autem lauro ripariâ, cui navis quoque funibus alligata erat, redimitis Argonautae, dum Orpheus citharâ canit, hymnum cantabant sonorum. Ipsa ripa videbatur volup auscultare eosdem viros canticum cantantes, quo agebatur de Polluce filio Iovis victorioso.

**MYTHUM ARGONAUTARUM
A GUSTAVO SCHWAB NARRATUM
IN LATINUM CONVERTIT**




**LEO LATINUS
NICOLAUS GROSS**

<http://www.leolatinus.com/>

DUO VIRI CORYPHAEI ANTIQUITATIS INVESTIGANDAE: MOMMSEN ET WILAMOWITZ

Pars Prima:
DE THEODORO MOMMSEN (1817-1903)

Symbola ex encyclopaedia Wikipediana excerpta




Theodor Mommsen, circa a. 1870

Christian Matthias Theodor Mommsen (natus est d.30. m.Nov. a.1817 in *Garding*, oppido Slesvigis-Holsatiae; mortuus d.1. m.Nov. a.1903 in oppido *Charlottenburg*) fuit historicus Germanus et habetur pro saeculi undevicesimi investigatore antiquitatis omnium maximo. Eius opera editionesque ad historiam Romanam spectantes etiam

ad hodiernam investigationem multum valent. Cum *Historiam Romanam* scripsisset, a.1902 Mommsen primus Germanus praemio litteraturae Nobeliano honestatus est.



 **Monumentum Theodori Mommsen viri praemio Nobeliano honestati ante universitatem studiorum Humboldtianam statutum (a.1909).**

Argumenta


- 1 Vita
- 2 Opera scientifica
- 3 Mommsen scientiarum dispensator et ordinator
 - 3.1 Corpus Inscriptionum Latinarum
 - 3.2 Limes Germaniae superioris et Raetiae quomodo investigatus sit.
 - 3.3 Aliae editiones et incepta investigationis
- 4 Mommsen vir politicus
- 5 Honores: Sedes memorialis, monumenta, viae, aedificia
- 6 Litterae
- 7 Iunctiones interretiales

- 8 Loci testes

Vita

Mommsen ortus est e familiâ parochi; *Jens Mommsen*, eius pater, ex anno 1821 fuit parochus Oldesloensis, ubi Theodorus filius maximus natus unâ cum quinque fratribus ac sororibus adolevit. A patris sui severis principiis christianis liberi paulatim et gradatim recedebant, tamen Theodorus usque ad vitae finem mansit fidelis christianus evangelico-lutheranus liberalis, a fide catholicâ manifestê aversus. Quamvis familia Mommseniana fortunâ essent humiliore, *Jens Mommsen* pater maturê coepit liberis commendare, ut legerent auctores antiquitatis classicos. Theodorus primo privatim institutus inde a mense Octobri a.1834 Christianêum Altonanense frequentavit et m. Maio a.1838 in universitate studiorum Chiloniensi

coepit studere iurisprudentiae pernoscendae. Ibidem cooptatus est a fraternitate Albertinâ, a.1839 pernovit *Theodorum Storm* iurisprudentiae studiosum, qui postea poeta in claritudinem pervênit, et a.1843 unâ cum eo et cum *Tychone Mommsen* fratre suo minore nату in lucem edidit “Librum trium amicorum cantualem” (*Liederbuch dreier Freunde*). Eodem anno Theodorus Mommsen Chilonio in urbe ad gradum doctoris promotus est.



Theodorus Mommsen iuvenis (mediâ in parte) una cum Maurico Haupt et Ottone Jahn. Photographema, Lipsiâ in urbe a.1848.

Mommsen studuit cursum facere honorum academicum, sed primum ei vita sustentanda erat munere fungenti magistri subsidiarii in duobus puellarum oecotropheis, quae *Altonae* regebantur ab amitis sui. A.1844 Danico stipendio itinerario accepto (ducatu enim Slesvigis illo tempore unione personali coniunctus erat cum Daniâ) primo Francogalliam visit, deinde praecipuê Italiam, ubi coepit tractare inscriptiones Romanas. Theodorus instituto archaeologico adito consilium cepit omnes inscriptiones nôtas colligere ratione autopticâ (e contrario corpora inscriptionum priora etiam continuerant inscriptiones non ab ipsis epigraphis

spectatas). Primo gradu Mommsen collegit inscriptiones Regni Neapolitani (quale illo tempore erat).

A.1847 Theodoro in Germaniam reverso iterum suscipiendum fuit munus magistri. A.1848 inter revolutionem mensis Martii *Rendsburgio* in oppido diurnarius factus firmê defendit persuasiones suas liberales. Autumno eius anni Lipsiam vocatus est, ut susciperet cathedram professoris iurisprudentiae extraordinarii. Ita factum est, ut Theodorus Mommsen tandem iniret cursum honorum universitarium. Coepit multas litteras publicare, sed etiam res politicas tractare non desinit, unâ cum amicis et collegis professoribus *Mauricio (Moriz) Haupt* et *Ottone (Otto) Jahn*. Cum a.1849 hi viri participes fuissent seditionis Maialis Saxonicae, accusati a.1851 ex officio universitario dimissi sunt.

Mommsen eodem anno vocatus est ad cathedram iuris Romani Turicensem, quam suscepit a.1852. At cum in Germaniam reverti cuperet, a.1854 accepit munus ab Universitate studiorum Vratislaviensi oblatum, ubi amicitiam contraxit cum *Iacobo Bernays* doctore habilitato.

A.1858 Mommsen in Academiam scientiarum Borussicam Berolinensem investigationis causâ cooptatus a.1861 cathedram accepit scientiae antiquitatis Romanae in Universitate Berolinensi, ubi usque ad annum 1885 habuit scholas academicas (quod munus evidenter postponebat suis investigationibus). Aliarum universitatum muneris oblationibus usus est ad condicionem suam meliorem faciendam. Mommsen membrum erat Saxonicae Societatis Regiae Scientiarum Lipsiensis necnon ex anno 1852 membrum externum Regiae Academiae Scientiarum.

Alumnis suis academicis Mommsen non ita gratus erat. At îdem iterum iterumque adiuwabatur discipulos suos munera quaerentes necnon curabat, ut illi cathedras acciperent, velut *Otto Seeck* et *Ulrich Wilckens*. In utrâque cathedrâ petendâ *Karl Julius Beloch*, qui erat Mommsenii adversarius, spe deceptus est. Alii autem viri docti, qui erant minores natu, studebant se emancipare a magistro suo academico – quorum gravissimus certê erat *Max(imilianus) Weber*, quem Mommsen putabat unicum fore successorem sui sat dignum, sed îdem, antequam doctoris gradum assecutus est, maluit se convertere ad sociologiam, ne sui fama a Mommseni obumbraretur.

Theodorus Mommsen magnis honoribus affectus est propter studia sua docta et scientifica (insigne gloriae scientiarum artiumque, quod appellatur *Pour le mérite*, accepit a.1868, factus est civis Romae honorarius). A.1902 Theodorus Mommsen operis sui praecipui causâ honestatus est praemio Nobeliano litteraturae; commissio Nobeliana scripsit se hoc praemium Mommseno obtulisse „*auctori artis describendi historicae omnium qui hōc tempore vivunt maximo, cuius ‚Historia Romana’ opus ingens specialiter respeximus.*“




© Deutsche Fotothek - Preview Scan

Theodorus Mommsen, chalcographema a Ludovico (Louis) Jacobi a.1863 confectum.

Unâ cum Mariâ uxore suâ filiâ *Caroli Reimer* editoris Lipsiensis, quam a.1854 in matrimonium duxerat, Mommsenus sedecim liberos habuit, quorum duodecim aetatem nacti sunt adultam. In numerum Mommseni nepotum referuntur historici *Vilelmus Mommsen* et *Theodorus E. Mommsen*, praeses postea archivi foederalis *Volfgangus A. Mommsen*, dispensator et magistratus altior ministerii defensorii, postea etiam minister defensionis *Ernestus Volfius Mommsen*. Theodori Mommseni pronepotes *Iohannes (Hans)* et *Volfgangus J. Mommsen* multum effecerunt ad scientiam historicam in Germaniâ post bellum stabiliendam. Eius abnepos *Olivarius Mommsen* cursum honorum facit histrionis.

Sepulchrum autem Mommseni situm est in *coemeterio Trinitatis II* in Berolini tribu *Kreuzberg*, sepulchrum urbis Berolini honoratum, in campo M1.G1.



Theodorus Mommsen, a.1881

Opera scientifica

Mommsenus plus mille quingentas disquisitiones atque tractatûs scientificos scripsit de variis rebis investigandis, praesertim de historiâ atque iurisprudentiâ imperii Romani. Eius opera praestantissima sunt haec quae sequuntur:

Römische Geschichte: Mommsenus in opere suo omnium illustrissimo, quod tribus tomis ab anno 1854 usque ad annum 1856 publicatum est, describit historiam Romae usque ad liberae rei publicae finem imperiumque Caesaris, quem Mommsenus exposuit virum politicum ingeniosissimum. Dissensiones politicae, praesertim liberae rei publicae exeuntis, a Mommseno nominibus quoque usurpandis comparantur cum undevicesimi saeculi rerum publicarum mutationibus, quibus factae sunt res publica nationalis et democratia. ***Historia Romana*** a Mommseno magno cum studio scripta in numerum refertur operum historiographiae classicorum.

Mommsenus ipse numquam scripsit partem Historiae Romanae ad aetatem Caesarem spectantem; a.1885 (millesimo octingentesimo octogesimo quinto) tomus quintus Historiae Romanae divulgata est *descriptio provinciarum Romanarum*,

quales aetate Caesarum fuerunt. Ceterum quidam studiosi scholas academicas, quas Mommsenus habuit *de historiâ Caesarum Romanâ*, litteris mandaverunt; quae a.1992 demum in lucem sunt editae.

Ius publicum Romanorum: Investigatoribus historiae antiquae adhuc multum valet iuris publici Romani descriptio systematica tribus tomis ab anno 1871 usque ad annum 1888 edita.

A.1899 editum est opus Mommsenianum ***De iure Romanorum poenali*** scriptum.

Mommsenus scientiarum dispensator. In **Academiâ Berolinensi**, ubi ab anno 1874 usque ad annum 1895 secretarius fuit classis historico-philologicae, Mommsenus numerosa incepta scientifica maiora dispensavit, praesertim editiones fontium. Praeterea cum **Friderico Althoff** familiariter coniunctus per quoddam tempus magnam vim habuit ad Borussicam rationem politicam scientiarum universitatumque.


Corpus Inscriptionum Latinarum. Mommsenus rationem huius collectionis iam conceperat cursu honorum academico ineunte, cum a.1852 inscriptiones **Regni Neapoïitani ederet.** Corpus Inscriptionum Latinarum completum in fine complexum est 16 tomos, quorum 15 editi sunt Mommseno vivente, quinque a Mommseno ipso exarati. Contra ac in aliis collectionibus edendis, in Corpore Inscriptionum Latinarum edendo semper valuit ratio autopsis, i.e. omnes inscriptiones relictæ aspiciebantur ipsissimæ.

Limes Germaniae superioris et Raetiae quomodo investigatus sit.

Mommseno ducente a.1892 commissio Limitis Imperialis eo fine, ut indagaret processum atque situm castellorum limitis Germaniae Superioris et Raetiae. De effossionibus quattuordecim tomis relatum est. Hodie quoque historici inter se consentiunt his in tomis historiam Germanico-Romanam ratione primâ et singulari tractatam esse.

Aliae editiones et incepta investigandi a Mommseno condita

Mommsenus edidit etiam *Corpus Iuris Civilis* et *Codicem Theodosianum*, quae collectiones ad ius Romanorum investigandum maximê valent. Praeterea Mommsenus insigniter particeps fuit *Monumentorum Germaniae Historicorum*, ubi seriem condidit *Auctorum antiquissimorum*, editionis scriptorum patrum ecclesiasticorum et numerosorum inceptorum aliorum. In **Academiâ Berolinensi** Mommsenus etiam initium pepulit institutorum investigandi, quibus nomina sunt „Nummi Graeci“ (*Griechisches Münzwerk*) et “Prosopographia Imperii Romani”. Eadem instituta sicut Corpus Inscriptionum Latinarum adhuc tractantur et continuantur.



Theodor Mommsen, imago a Francisco Lenbach a.1897 picta.

A nomine Theodori Mommseni appellata est **Societas Mommseniana**, quae spectat ad scientias antiquitatis.

Mommsenus quatenus in re publicâ versatus sit.

Praeter actiones suas scientificas Mommsenus etiam in re publicâ versans cum cetera tum praecipuê castigavit antisemitismum et imperialismum et – cum esset revolutionis anni 1848 coequalis – liberalismum. Anno autem 1890 Mommsenus fuit unus e conditoribus Coetûs Antisemitismo Arcendo.

Theodorus ab anno 1863 usque ad annum 1866, iterum ab anno 1873 usque ad annum 1879 delegatus erat comitorum provincialium (*i.e. Landtag*), ab anno 1881 usque ad annum 1884 comitorum imperialium (*Reichstag*), primo membrum partis progressûs liberalis, deinde nationalis partis liberalis, denique partis secessionistarum. Scilicet eum imprimis tractasse quaestiones, quae spectabant ad

rationem scientiarum eruditionisve politicam. Mommsenus cum primo defendisset sententias nationales, de imperii caesarei, quod male evasurum esse opinatus est, rationis politicae spe deceptus denique commendavit, ut liberales unâ operarentur cum democraticis socialibus. Anno 1881 Mommsenus de ratione politicâ sociali controversiam habuit cum *Bismarckio*.

In Berolinensi in controversiâ antisemitismi quae dicitur annis 1879 et 1880 facta Theodorus Mommsenus adversatus est collegae historico *Henrico de (Heinrich von) Treitschke*, quem verbis proclamatis, quae sunt „Iudaei nobis sunt infortunio“, odium antiudaicum gratum fecisse etiam hominibus cultioribus Mommseno persuasum erat.

Honores: sedes memorialis, monumenta, viae, aedificia

In *Garding* Mommseni oppido natali anno 1987 instituta est sedes memorialis, quae spectat ad illius vitam opusque: Domus Theodori Mommseni memorialis, quae sita est iuxta illius domum natalem, cui anno 1903 infixata est tabula memorialis.

In sollemnitatem Universitatis Berolinensis saecularem die primo mensis Novembris a.1909, i.e. die quo Theodorus Mommsen mortuus est, imago sessoria ab *Adolfo Brütt* Vimariâ in urbe sculpta est revelata. *Henricus Splieth* autem sculptor Berolinensis finxit faciem Mommseni aere fusam, quae in oppido *Garding* podio imposita monumento ut esset statuta est. Quae facies a.2001 surrepta non iam reperta est. Haec autem facies Mommseni aenea, quam ii, qui hodie visunt oppidum *Garding*, spectant, est simulacrum imaginis a *Carolo Pracht* sculptore Berolinensi confecti. In pharmacopolio Mommseniano, quod situm est in *Charlottenburg* tribu Berolini, statuta est imago Mommseni a sculptore *Ferdinando Hartzler* confecta.

Viae a Theodoro Mommseno appellatae sunt in oppidis urbibusve quae sunt: *Bad Oldesloe, Berlin, Bremen, Dresden, Düsseldorf, Elmshorn, Erkrath, Essen (ad Rurinnam), Flensburg, Garding, Hamburg, Hannover, Heide (Holsatia), Hockenheim, Husum, Kempen, Köln, Laage, Leipzig, Menden (Suria), München, Neuss, Neustadt am Rügenberge, Nürnberg, Osterburken, Panketal, Plauen, Solingen, Wuppertal, Zwickau, Wien („Mommsengasse“), Dortmund („Mommsenweg“)*.

Scholae quoque appellatae sunt a nomine Theodori Mommseni: in *Charlottenburg* tribu Berolini („*Mommsen-Gymnasium*“, ex a.1904), *Bad Oldesloe* („*Theodor-Mommsen-Schule*“, ex a.1950), Lipsiâ in urbe („*Theodor-Mommsen-Gymnasium*“, a.1992–2006), Berolino in urbe etiam stadio athletico nomen Germani historici omnium maximi impositum est („*Mommsenstadion*“).



Fridericus (Fritz) Schaper sculptor a.1905 (millesimo nongentesimo quinto) hoc simulacrum exemplare monumenti Mommseniani Berolinensis.



Pittacium epistulare Germanici Cursûs Publici Berolinensis a.1958 editum in serie, quae appellata erat: „Viri ad historiam Berolini spectantes“.


Denique licet memoratu dignum sit seriem cinematum iocosorum, cui titulus sit *Die Lümmel von der ersten Bank* („Catulastri scamni primi“), agi in urbis *Baden-Baden* gymnasio ficticio, cui nomen sit *Mommsen-Gymnasium*.

Verisimile est faciem figurae *Henrici Antverpiani* canonici et historiographi Brandenburgensis saeculo duodecimo et tertio decimo florentis, a sculptore *Iosepho Uphues* fictam esse secundum lineamenta oris Mommseni octogenarii. *Uta Lehnert* enim putat similitudinem facierum “certê non esse fortuitam”.^[1] Haec imago iuxta Berolinense ambulacrum victoriale („*Siegesallee*“) statuta fuit figura secundaria gregis memorialis 3 (tertii), cui media interfuit imago stativa Ottonis II. (secundi), et d. 22. m.Mart. a.1899 est revelata.

Litterae secundariae

- Karl Christ u. a.: *Theodor Mommsen und die „Römische Geschichte“*. Band 8 von: Theodor Mommsen: *Römische Geschichte*. dtv, München 1976; 6. Auflage 2001, [ISBN 3-423-59055-6](#).
- [Alexander Demandt](#): *Mommsen, Theodor*. In: *Neue Deutsche Biographie* (NDB). Band 18. Duncker & Humblot, Berlin 1997, S. 25–27.
- [Joachim Fest](#): *Pathetiker der Geschichte und Baumeister aus babylonischem Geist. Theodor Mommsens zwei Wege zur Geschichte*. In: Ders.: *Wege zur Geschichte. Über Theodor Mommsen, Jacob Burckhardt und Golo Mann*. Zürich 1992, [ISBN 3-7175-8197-X](#), S. 27–70.
- [Alfred Heuß](#): *Theodor Mommsen und das 19. Jahrhundert*. Kiel 1956; Nachdr. Steiner, Stuttgart 1996, [ISBN 3-515-06966-6](#).
- Peter Köpf: *Die Mommsens. Von 1848 bis heute – die Geschichte einer Familie ist die Geschichte der Deutschen*. Europa Verlag, Leipzig 2004, [ISBN 3-203-79147-1](#).
- [Wilfried Nippel](#) und [Bernd Seidensticker](#) (Hrsg.): *Theodor Mommsens langer Schatten. Das römische Staatsrecht als bleibende Herausforderung für die Forschung*. Olms Verlag, Hildesheim 2005, [ISBN 3-487-13086-6](#) (Spudasmata Band 107).
- [Stefan Rebenich](#): *Theodor Mommsen: eine Biographie*. Beck, München 2002; Taschenbuchausgabe Beck, München 2007, [ISBN 978-3-406-54752-2](#).
- Stefan Rebenich: *Theodor Mommsens „Römische Geschichte“*. In: E. Stein-Hölkeskamp, K.-J. Hölkeskamp (Hrsg.): *Erinnerungsorte der Antike. Die römische Welt*. Beck, München 2006, S. 660–676.
- Fritz Sturm: *Theodor Mommsen. Gedanken zu Leben und Werk des großen deutschen Rechtshistorikers*. Karlsruhe 2006, [ISBN 3-922596-66-5](#) (Schriftenreihe des Rechtshistorischen Museums, Heft 11).
- Theodor Mommsen im Interview über den [Antisemitismus](#), in: [Hermann Bahr](#); [Hermann Greive](#) (Hg): *Der Antisemitismus. Ein internationales Interview* Jüdischer, Königstein 1979 (zuerst 1894, Neuaufl. 2005), [ISBN 3-7610-8043-3](#), S. 26–28.
- Lothar Wickert: *Theodor Mommsen*. 4 Bände, Frankfurt/Main 1959–1980.
- [Josef Wiesehöfer](#), Henning Börm (Hrsg.): *Theodor Mommsen: Gelehrter, Politiker und Literat*. Steiner, Stuttgart 2005, [ISBN 3-515-08719-2](#).

Funciones interretiales

 [Commons: Theodor Mommsen](#) – Album mit Bildern und/oder Videos und Audiodateien

 [Wikiquote: Theodor Mommsen](#) – Zitate

 [Wikisource: Theodor Mommsen](#) – Quellen und Volltexte

- [Literatur von und über Theodor Mommsen](#) im Katalog der [Deutschen Nationalbibliothek](#) ([Datensatz zu Theodor Mommsen](#) • [PICA-Datensatz](#))
- Gabriel Eikenberg/Lutz Walther: *Tabellarischer Lebenslauf von Theodor Mommsen* im [LeMO](#) ([DHM](#) und [HdG](#)). Siehe dort auch: [Der „Berliner Antisemitismustreit“](#).

- [Informationen der Nobelstiftung zur Preisverleihung 1902 an Theodor Mommsen](#) (englisch)
- [Werke von Theodor Mommsen](#) bei [Open Library](#)
- [Werke von Theodor Mommsen](#) im [Projekt Gutenberg-DE](#)
- [Werke von Theodor Mommsen](#) bei [Zeno.org](#)
- [Theodor Mommsen als „Klassiker der Geschichtswissenschaft“](#)
- [Mommsens *Römische Geschichte*, Hörbücher gemeinfrei bei LibriVox](#)
- [Mommsens *Römische Geschichte*, deutsch und englisch, bei Project Gutenberg](#)
- [Römische Geschichte auf privater Homepage](#)
- [Zeitgenössischer Nachruf](#)
- [Phönix aus der Asche](#) Theodor Mommsen und die Monumenta Germaniae Historica; Katalog zur Ausstellung ... an der Berlin-Brandenburgischen Akademie der Wissenschaften vom 25. November bis 21. Dezember 2005, Konzeption und Kataloggestaltung von Arno Mentzel-Reuters, Mark Mersiowsky, Peter Orth, Olaf B. Rader. (PDF, 8,32 MB)
- [Übersicht der Lehrveranstaltungen von Theodor Mommsen](#) an der [Universität Leipzig](#) (Sommersemester 1849 bis Wintersemester 1850)
- [Lebenslauf, Stammbaum, Zitate, Galerie ...](#) auf privater Homepage der Familie Mommsen

Loci testes

1. ↑ Uta Lehnert: *Der Kaiser und die Siegesallee. Réclame Royale*, Dietrich Reimer Verlag, Berlin 1998, [ISBN 3-496-01189-0](#), S. 109.

**SYMBOLAM WIKIPEDIANAM
DE THEODORO MOMMSENO SCRIPTAM
IN LATINUM CONVERTIT**



**LEO LATINUS
NICOLAUS GROSS**

<http://www.leolatinus.com/>

HISTORIA ROMANA

auctore Theodoro MOMMSEN



Theodorus Mommsenus

Qui natus est d.30. m.Nov. a.1817 in oppido *Garding* prope Slesvigem sito. Mortuus d.01. m.Nov. a.1903 in oppido *Charlottenburg*. Mommsen(us) fuit filius parochi, a.1848 particeps fuit Revolutionis Martianae quae dicitur. Îdem a.1848 Lipsiensi in universitate factus est professor iurum, a.1852 professor iuris Romani in universitate Turicensi. Mommsenus erat acerrimus adversarius Bismarckii. A.1902 Theodorus Mommsenus primus Germanus praemio Nobeliano litteraturae honestatus est.

Theodisce scripsit Theodorus Mommsen.

In Latinum convertit Nicolaus Groß.

Vorrede zu der zweiten Auflage

Die neue Auflage der 'Römischen Geschichte' weicht von der früheren beträchtlich ab. Am meisten gilt dies von den beiden ersten Büchern, welche die ersten fünf Jahrhunderte des römischen Staats umfassen. Wo die pragmatische Geschichte beginnt, bestimmt und ordnet sie durch sich selbst Inhalt und Form der Darstellung; für die frühere Epoche sind die Schwierigkeiten, welche die Grenzlosigkeit der Quellenforschung und die Zeit- und Zusammenhanglosigkeit des Materials dem Historiker bereiten, von der Art, daß er schwerlich ändern und gewiß sich selber nicht genügt. Obwohl der Verfasser des vorliegenden Werkes mit diesen Schwierigkeiten der Forschung und der Darstellung ernstlich gerungen hat, ehe er dasselbe dem Publikum vorlegte, so blieb dennoch notwendig, hier noch viel zu tun und viel zu bessern. In diese Auflage ist eine Reihe neu angestellter Untersuchungen, zum Beispiel über die staatsrechtliche Stellung der Untertanen Roms, über die Entwicklung der dichtenden und bildenden Künste, ihren Ergebnissen nach aufgenommen worden. Überdies wurden eine Menge kleinerer Lücken ausgefüllt, die Darstellung durchgängig schärfer und reichlicher gefaßt, die ganze Anordnung klarer und übersichtlicher gestellt. Es sind ferner im dritten Buche die inneren Verhältnisse der römischen Gemeinde während der Karthagischen Kriege nicht, wie in der ersten Ausgabe, skizzenhaft, sondern mit der durch die Wichtigkeit wie die Schwierigkeit des Gegenstandes gebotenen Ausführlichkeit behandelt worden.

Praefatio editionis alterius

Nova editio ‚Historiae Romanae‘ a primâ valdê differt. Hoc maximê pertinet ad duos libros priores, qui complectuntur civitatis Romanae saecula quinque priora. Historia pragmatica ubi incipit, se ipsâ argumenta et modos describendi determinat ordinatque; quod attinet ad aetatem priorem describendam, difficultates, quae testimoniorum investigatione illimitata materiisque temporis atque cohaerentiae expertibus historiographo parantur, tantae sunt, ut îdem aegrê aliis, certê non sibi ipsi satisfaciat. His cum difficultatibus investigandi et describendi quamvis auctor huius operis graviter luctatus esset, antequam idem lecturis proposuerat, tamen multa verba huius operis restiterant retractanda multaue emendanda. In hanc editionem nonnullae disquisitiones nuper institutae, velut de gentium Romanis subditarum condicione civili, de artibus poeticis atque figurativis excultis, summatim receptae sunt. Praeterea haud paucae expletae sunt lacunae minores, res descriptae sunt subtilius et uberius, totus ordo factus est clarior magisque perspicua. Accedit quod in libro tertio civitatis Romanae res domesticae tempore bellorum Poenicorum quales fuissent, non, ut in editione primâ, primoribus tantum labris, sed, tantâ cum prolixitate, quantam postulat rei et gravitas et difficultas.

<p>Der billig Urteilende und wohl am ersten der, welcher ähnliche Aufgaben zu lösen unternommen hat, wird es sich zu erklären und also zu entschuldigen wissen, daß es solcher Nachholungen bedurfte. Auf jeden Fall hat der Verfasser es dankbar anzuerkennen, daß das öffentliche Urteil nicht jene leicht ersichtlichen Lücken und Unfertigkeiten des Buches betont, sondern vielmehr wie den Beifall so auch den Widerspruch auf dasjenige gerichtet hat, darin es abgeschlossen und fertig war.</p>	<p>Aequê qui iudicaverit necnon is maximê, qui similia munera sibi proposuit explenda, sciet explanare et excusare, quod talia supplementa fuerunt necessaria. Quacumque ratione oportet auctor gratus agnoscat eos qui publicê iudicaverunt non verbis extulisse illas libri lacunas visu faciles locosque parum perfectos, sed aut applausisse aut contradixisse illis tantum operis locis, quibus erat finitum et pertractatum.</p>
--	--

<p>Im übrigen hat der Verfasser das Buch äußerlich bequemer einzurichten sich bemüht. Die Varronische Zählung nach Jahren der Stadt ist im Texte beibehalten; die Ziffern am Rande bezeichnen das entsprechende Jahr vor Christi Geburt. Bei den Jahresgleichungen ist durchgängig das Jahr 1 der Stadt dem Jahre 753 vor Christi Geburt und dem Olympiadenjahr 6, 4 gleichgesetzt worden; obgleich, wenn die verschiedenen Jahresanfänge des römischen Sonnenjahres mit dem 1. März, des griechischen mit dem 1. Juli berücksichtigt werden, nach genauer Rechnung das Jahr 2 der Stadt den letzten zehn Monaten des Jahres 753 und den zwei ersten des Jahres 752 v. Chr. sowie den vier letzten Monaten von Ol. 6, 3 und den acht ersten von Ol. 6, 4 entsprechen würde. Das römische und griechische Geld ist durchgängig in der Art reduziert worden, daß Pfundas und Sesterz, Denar und attische Drachme als gleich genommen und für alle Summen über 100 Denare der heutige Gold-, für alle Summen bis zu 100 Denaren der heutige Silberwert des entsprechenden Gewichtsquantums zugrunde gelegt wurde, wobei das römische Pfund (= 327,45 Gramm) Geld gleich 4000 Sesterzen nach dem Verhältnis des Goldes zum Silber 1:15,5 zu 304½ Talern preußisch, der Denar nach Silberwert zu 7 Groschen preußisch angesetzt wird. Die dem ersten Bande beigefügte Kiepertsche Karte wird die militärische Konsolidierung Italiens anschaulicher darstellen, als die Erzählung es vermag. Die Inhaltsangaben am Rande werden dem Leser die Übersicht erleichtern. Ein alphabetisches Inhaltsverzeichnis wird dem dritten Bande beigegeben werden, da anderweitige Obliegenheiten es dem Verfasser unmöglich machen, das Werk so rasch, wie er es wünschte, zu fördern.</p> <p>Breslau, im November 1856</p>	<p>Ceterum auctor studuit hunc librum formâ commodiorem facere. Numeratio Varroniana secundum annos ab urbe conditâ in textu est retenta; numeris marginalibus indicatur annus ante Christum natum illi anno respondens. In annis aequandis semper annus Urbis primus aequatus est anno 753 ante Christum natum et anno Olympiadis sexto, quarto; quamquam, si varia initia anni solaris Romani respiciuntur die Martii primo, anni solaris Graeci die mensis Iulii primo, re exactê computatâ annus Urbis secundus responderet ultimis decem mensibus anni 753 et duobus anni 752 a.Chr.n. prioribus necnon quattuor ultimis mensibus anni Olympiadis 6,3 et octo prioribus anni Olympiadis 6, 4. Pecunia Romana et Graeca semper reducta est ita, ut as libralis et sestertius, denarius et drachma Attica inter se aequarentur et omnes summae 100 denarios superantes aequiperatae sunt hodierno pretio auri, omnes summae 100 denarios non superantes hodierno pretio argenti ponderis respondentis. Hac in re libra Romana (i.e. 327,45 gramma) pecuniae, quae est aequalis 4000 (quattuor milibus) sestertiorum, secundum proportionem auri ad argentum, quae est ut 1:15,5 (unum ad quindecim – virgula – quinque), ponitur pro 304½ (trecentis quattuor dimidio) thaleris Borussicis, denarius autem secundum valorem argenti ponitur pro septem grossis Borussicis. Tabulâ geographicâ Kiepertianâ primo tomo adiunctâ Italiae consolidatio militaris magis perspicuê exponetur quam exponi potest ipsâ narratione. Compendiis in margine factis lectori fiat conspectus commodior. Index argumentorum alphabeticus addetur tomo tertio, quia auctor aliis officiis impeditur, ne opus tam celeriter augeat quam optat.</p> <p>Vratislaviâ ex urbe, mense Novembri a.1856</p>
---	---

<p>Die Änderungen, welche der Verfasser in dem zweiten und dritten Bande dieses Werkes bei der abermaligen Herausgabe zu machen veranlaßt gewesen ist, sind zum größeren Teil hervorgegangen aus den neu aufgefundenen Fragmenten des Licinianus, welche er durch die zuvorkommende Gefälligkeit des Herausgebers, Herrn Karl Pertz, bereits vor ihrem Erscheinen in den Aushängebogen hat einsehen dürfen und die zu unserer lückenhaften Kunde der Epoche von der Schlacht bei Pydna bis auf den Aufstand des Lepidus manche nicht unwichtige Ergänzung, freilich auch manches neue Rätsel hinzugefügt haben.</p> <p>Breslau, im Mai 1857</p>	<p>Altero et tertio huius operis tomo ea nova, quae auctor ut in editione iterandâ in locum priorum supponeret commotus est, maiorem partem exorta sunt e fragmentis Liciniani nuper repertis, quae illi comi benevolentiam editoris Domini <i>Caroli Pertz</i> licuit iam antequam edita sunt in plagulis inspicere et quibus lectis aetatis, quae est a proelio apud Pydnam facto usque ad seditionem Lepidi, adhuc parum periti accepimus nonnulla supplementa haud leviora, tamen etiam nonnulla nova aenigmata.</p> <p>Vratislaviâ ex urbe, mense Maio a.1857</p>
---	--

Vorrede zu der dritten bis neunten Auflage	Praefatio editionum, quae sunt a tertiâ usque ad nonam
<p>Die dritte (vierte, fünfte, sechste, siebente, achte und neunte) Auflage wird man im ganzen von den vorhergehenden nicht beträchtlich abweichend finden. Kein billiger und sachkundiger Beurteiler wird den Verfasser eines Werkes, wie das vorliegende ist, verpflichtet erachten, für dessen neue Auflagen jede inzwischen erschienene Spezialuntersuchung auszunutzen, das heißt zu wiederholen. Was inzwischen aus fremden oder aus eigenen, seit dem Erscheinen der zweiten Auflage angestellten Forschungen sich dem Verfasser als versehen oder verfehlt ergeben hat, ist wie billig berichtet worden; zu einer Umarbeitung größerer Abschnitte hat sich keine Veranlassung dargeboten. Eine Ausführung über die Grundlagen der römischen Chronologie im vierzehnten Kapitel des dritten Buches ist späterhin in umfassender und dem Stoffe angemessener Weise in einer besonderen Schrift ('Die römische Chronologie bis auf Caesar'. Zweite Auflage. Berlin 1859) vorgelegt und deshalb hier jetzt auf die kurze Darlegung der Ergebnisse von allgemein geschicht-licher Wichtigkeit eingeschränkt worden.</p> <p>Im übrigen ist die Einrichtung nicht verändert.</p>	<p>Editionem tertiam (quartam, quintam, sextam, septimam, octavam, nonam) in summâ invenies non valdê a prioribus diversam. Nullus censor aequus rei que peritus censebit auctorem operis, quale hoc est, obligari, ut ad idem denuo edendum adhibeat omnem disquisitionem interim editam, id est eandem repetat. Ea quidem quae interim aut ex alienis aut propriis investigationibus ex opere iterum edito factis per lapsum aut errorem scripta esse apparuerant, iam, ut aequum est, indicavimus; nulla autem causa fuit, cur maiores operis partes retractaremus. Explicatio principiorum chronologiae Romanae, quae invenitur in libri tertii capitulo quarto decimo, postea cum prolixius materiaeque aptius in libro speciali (c.t. "Qua chronologiâ Romani usi sint usque ad Caesarem", ed. altera. Berolini a.1859) proposita sit, hâc loco redacta est ad eas conclusiones breviter expositas, quae generaliter valeant ad historiam.</p> <p>Ceterum operis ratio non est mutata.</p>
<p>Berlin, am 1. Februar 1861; am 29. Dezember 1864; am 11. April 1868; am 4. August 1874; am 21. Juli 1881; am 15. August 1887; am 1. Oktober 1902.</p> <p>Meinem Freunde</p> <p>Moritz Haupt</p> <p>In Berlin</p>	<p>Berolini, d.1. m.Febr. a.1861; d.29. m.Dec. a.1864; d.11. m.Apr. a.1868; d.4. m.Aug. a.1874; d.21. m.Iul. a.1881; d.15. m.Aug. a.1887; d.1. m.Oct. a.1902.</p> <p>Amico meo</p> <p>Mauricio Haupt</p> <p>Berolini</p>

Theodisce scripsit Theodorus Mommsen.	In Latinum convertit Nicolaus Groß.
<p style="text-align: center;">Erstes Buch</p> <p style="text-align: center;">Bis zur Abschaffung des römischen Königtums</p> <p>Τὰ παλαιότερα σαφῶς μὲν εὐρεῖν διὰ χρόνου πλήθος ἀδύνατα ἦν. Ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι, οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους οὔτε ἐς τὰ ἄλλα.</p> <p><i>(Thukydides)</i></p>	<p style="text-align: center;">LIBER PRIMUS</p> <p style="text-align: center;">Ab urbe conditâ usque ad regnum Romanorum abolitum</p> <p>Antiquiora accuratè comperiri propter nimiam temporis longitudinem non potuerunt. At e testimoniis quae mihi remotissimam antiquitatem spectanti fide digna videntur, concludo illa non fuisse magna neque in bellicis rebus neque in ceteris.</p> <p>Thucydides</p>
<p style="text-align: center;">1. Kapitel</p> <p style="text-align: center;">Einleitung</p> <p>Rings um das mannigfaltig gegliederte Binnenmeer, das tief einschneidend in die Erd feste den größten Busen des Ozeans bildet und, bald durch Inseln oder vorspringende Landfesten verengt, bald wieder sich in beträchtlicher Breite ausdehnend, die drei Teile der Alten Welt scheidet und verbindet, siedelten in alten Zeiten Völkerstämme sich an, welche, ethnographisch und sprachgeschichtlich betrachtet, verschiedenen Rassen angehörig, historisch ein Ganzes ausmachen.</p>	<p style="text-align: center;">capitulum I</p> <p style="text-align: center;">Introductio</p> <p>Circa mare internum multas in partes dispositum, quo arcem terrae profundam incidente maximus sinus oceani formatur et quo, nunc insulis aut promunturiis coangustato, nunc in magnam amplitudinem dilatato, tres partes mundi antiqui inter se iunguntur disiungunturve, praevetustis temporibus sedes sunt constitutae a gentibus, quae secundum ethnographiam et historiam linguarum ad varias stirpes spectant, sed secundum historiam complectuntur quandam universitatem.</p>

